

DISPUTATIO POLITICA,
DE
POLITIA,

Quam

DEO T. O. M. Auxiliante,

SUB PRÆSIDIO

DN. M. JOHANNIS PAULI *Selwtinger*
Norimbergensis, Polit. Metaph. &
Log. P. P. Facultat. suæ hodiè
Decani,

Publicè

Defendere conabitur

CHRISTIANUS ADOLPHUS BALDUINUS,
DÖBELENSIS,

A. d. Septembr.

ANNO CHRISTI
c1o 10CLII.

ALTDORPHI

Charactere Georgij Hagen, Universi-
tatis Typographi.



EXPOSITIO POLITICA
DE
POLITIA

Quibus

DEO P. O. R. A. A. A. A. A.

Deo P. O. R. A. A. A. A.

DM. JOHANNIS PAULI B. A. A. A. A.

Non. P. O. R. A. A. A. A.

Deo P. O. R. A. A. A. A.

Deo P. O. R. A. A. A. A.

Deo P. O. R. A. A. A. A.

CHRISTIANUS ABOLPHUS BALDWINUS

Deo P. O. R. A. A. A. A.

Deo P. O. R. A. A. A. A.

Deo P. O. R. A. A. A. A.

Deo P. O. R. A. A. A. A.

Deo P. O. R. A. A. A. A.

CHRISTIANUS ABOLPHUS BALDWINUS

Deo P. O. R. A. A. A. A.





Σὺν τῆσδε περιουσίῳ.

DISPUTATIO POLITICA,
DE
POLITIA.

§. 1.

Bonum habere aliquam latitudi- *Bonum est*
nem, non solum apud Metaphysicos, sed *vel*
etiam Grammaticos, expeditum est. Il- *Essentiale,*
lis enim aliquid est bonum per essentia, *vel*
quod prorsus nihil mali includit, v. gr. *per Partici-*
pationem.

Deus: aliquid est summè bonum, uti in Ethicis Virtus,
sive Felicitas: aliquid est bonum his, aut comparatè,
ut verecundia juvenibus. Grammatici verò admit- *Hoc vel est*
tunt non solum Bonum, verum etiam habent suum, *simpliciter*
Melius, imò quoq; suum Optimum. Verum nec hoc *tale, vel*
à Politico in dubium vocatur, etenim hic inter Res *per com-*
publicas bonas sive rectas, unam facit bonam, sive mi- *paratione:*
nus malam: alteram meliorem, & aliquam quoque *quod per*
optimam in se. Sic Monarchia optima Respublica, *inductione*
esse videtur, si præcisè formæ Rerumpublicarum cõ- *penè omni-*
siderentur, non verò cum relatione ad certum popu- *um disci-*
lum, uti considerantur *plinarum*
4. Polit. c. 2. Aristocratia me- *probari*
lior Politici: Politici verò bona: inter rectas enim re- *potest,*
cè numerari, ex Aristotele constat, *4. Polit. c. 2.* non ob- *cum pri-*
stante, quod Politia videatur referri inter *mis in Po-*
sive aberrationes, *4. Polit. c. 3.* Vid. Piccart. in cap. 8. 4. Po- *liticis.*
lit. p. 553.

R

2. De



2. De hac Politia, sive Republica in specie dicta, quæ est tertia, inter formas rectas, species, conscrip-
turi disputationem Politicam, tractabimus eam ita,
ut prius vocabulum rectè cognoscamus ex sua etymo-
logia, synonymia & homonymia: postmodum subji-
ciamus ejus definitionem, & à suo opposito, nimirum
Democratia distinguamus, aliaq; quæ ad ejus intimi-
orem cognitionem faciunt, afferamus.

3. Dicitur igitur πολιτεία, ὡς πόλιος, à Civitate,
tanquam ab objecto principali, quod informat: quo
Politia ety- mologia, respectu etiam ab ipso Philosopho 3. Polit. c. 1. Politia
describitur τὴν πλιν αἰμένων ἐστὶ πόλις τις, quod sit ordo
aliquis inhabitantium Civitatem

4. Vocatur autem hæc Politia etiam Republica,
nomine generis, pro specie, 3. Polit. c. 5. (aliàs 7.) quia
Ejus Syno- nymia, plura sunt negotia, quàm vocabula 4. ff. de Præscripti-
Verb. unde etiam hujus Reipublicæ forma sæpè igno-
rata fuit, ut colligere est ex 4. Polit. c. 7. Olim etiam di-
cta fuit ἡμοκρατία, ὡς τῶν πημάτων, à censibus, quam
verti posse, Censpotentiam, putant, 8. Eth. c. 12. Sic dicit
Aristoteles 4. Polit. c. 3. ab aliis etiam dictam fuisse hanc
Politiam, Democratiam, vel Democratia subjectam
fuisse. Quo sensu etiam 1. Rhetor. c. 8. usurpari vide-
tur vox Democratia, ut scilicet sub se comprehendat
& rectam, Politiam, & ejus περίελασιν, Democratiam
specificè dictam.

5. Ambiguitatem quod attinet, accipitur Politia,
Ejusdem homony- mia, ut & vox, Republica, non uno modo. Nam Politia,
accipitur I. pro ipsa forma Reipublicæ, cui Democra-
tia in specie dicta, tanquam Republica prolapsa, op-
ponitur, 11. sc. th. 1. & 4. II. Accipitur ut denotat idem
cum πολιτεύματα, 3. Polit. c. 5. (aliàs 7.) ita enim loquitur
Ari-

Aristoteles: ἐπὶ τῆς πολιτείας μὴ καὶ πολιτείας σημαίνει ἔτυπον.
Politeivma verò est nihil aliud, quàm jus utendi fruendi
utilibus & necessariis, inter cives ejusdem universi-
tatis sive civitatis constitutis, ad vitæ hujus usum &
consortium, Ex quo etiam ipse B. Lutherus vocabulū
hoc vertit: vnter Wandel ist im Himmel/ Philip. c. 3. v. 20.
Clapmair, l. 1, de Arcan. Rerumpubl. c. 10. accipit pro Jure
Majestatis: quod desumptum videtur ex Aristotele
3. Polit. c. 5. (alias 7.) ubi dicit: πολιτεία ἐστὶ τὸ πᾶσι κοινόν.

6. Respublica verò à variis variè accipitur, pro-
ut constat ex libro Plutarchi de Tribus Rerumpublicarum
formis: vid. Hænonius l. 1. disp. Polit. 1. th. 2. Apud Ari-
stotelem verò tribus præcipuè modis sumitur, & qui-
dem I. latissimè, pro omnibus omninò rerumpublica-
rum formis, rectis pariter, ac vitiosis, 3. Polit. c. 4. (ali-
às 6.) quomodo etiam definitur, Civitatis ordo, cum
in aliis magistratibus, tum in eo maximè, qui omnium
est primus Sic 4. Polit. c. 2. dicit: Postea, quemadmo-
dum is, qui has Respublicas velit constituere, id face-
re debeat. Ubi iterum latissimè vox hæc capitur, II. Su-
mitur latè, pro Rebus publicis solùm rectis, vitiosæ autè
solùm vocantur Aberrationes, 3. Polit. c. 5, (alias 7.) III.
Sumitur strictè, pro statu populari justo, ac recto, cui
Democratia opponitur, quem statum & Græci, & La-
tini Politiam vocant, 3. Polit. c. 5. (alias 7.) & 4. Polit. c. 2.

7. In hac ultima significatione definitur à Phi-
losopho 3. Polit. c. 5. (alias 7.) ἡ πολιτεία ὅταν τὸ πᾶσι κοινόν
ἔσται πρὸς τὸ κοινόν συμφέρον, i. e. Politia est Respublica, ubi
multitudo seu populus summam habet potestatem, & ad commu-
nem respicit utilitatem, Mariana de Regis Institutione l. 1. c.
5. à princ. Rempubicam, sive Politiam, ait, tunc exi-
stere, cum universi populares Imperii sunt participes,

R 2,

co

eo temperamento, ut majores honores & Magistrat⁹,
melioribus commendentur, minores aliis; ut cujusq;
dignitas aut meritum est. In populari principatu, qui
Democratia proprie vocatur, honos promiscuè, a q;
sine delectu, majoribus, minoribus, mediis, commu-
nicatur, &c.

8. Contemplabimur autem hanc definitionem
eo diligentius secundum omnes suas partes, quo cre-
brius à Politicis hæc ipsa species, cum suo vitio confun-
di, imò propter suam raritatem & difficultatem peni-
tus sicco pede præteriri & negligi soleat, ut testatur.
Arniseus in Relect. Polit. l. 2. c. 5. §. 2. pag. mihi. 770. Dicitur
autem I. ad Politiam requiri, ut multitudo, seu multi,
sive populus imperet: quo ipso statim ab Aristocratia
& Monarchia sive Regno distinguitur; quippe in illa
pauci boni, in hæc verò unus solum imperat: hic verò
in Politia, Omnes. Dico, Omnes: non obstante eo, quod
aliqui inde hoc absurdum sequi existiment, quod in
hac forma universi & omnes cives conjunctim sumpti
sibimetipsis simul imperare & parere statueretur. Vel,
quod hoc modo detur unum relatum, altero negato:
Si enim omnes imperant, nulli parebunt. Quod au-
tem hic $\omega\lambda\eta\theta$ rectè vertatur per Omnes, sive Popu-
lum, probatur ex 3. *Polit. c. 5. (alias. 7.)* & quidem ex il-
lis verbis, quando Philosophus dicit: *Cum unus, vel pau-
ci, vel multi, ad commune quidem bonum præerunt, has qui-
dem rectas necesse est esse Respublicas.* Ubi $\mu\lambda\lambda\omicron\iota$ opponun-
tur $\omicron\lambda\iota\chi\omicron\upsilon\iota$, paucis, qui tamen pauci aq; possunt esse
multi (*vid. disp. nostra de Aristocratia, th. 17.*) si vox mul-
ti, deberet opponi omnibus. 2. In verbis statim sequen-
tibus, vox, $\mu\lambda\lambda\omicron\iota$, exponitur per, $\omega\lambda\eta\theta$, quod denotat
Populum, sive Vulgus, sive Multitudinem *κατ' ἐξο-*
χὴν

*In Politia
omnes præ-
sunt,*

*sed alter-
natur.*

*$\omega\lambda\eta\theta$
sive
 $\mu\lambda\lambda\omicron\iota$,
quid signi-
ficet?*

249. Vocantur autem Multi, non δῆμος, quia in vera
 Politia non tantum δῆμος, h. e. plebs particeps regimi-
 nis est, sed etiam universi cives, Patricii scilicet simul, &
 alii. Nota enim differentia est, inter Populum & Ple- ^{Plebis &}
 bem, scilicet, Populum includere & Nobiles, Patricios, ^{Populi dif-}
 Senatores, & homines quoque ceteros ^{ferentia} πλεθύνοντες plebe-
 jos: Plebs vero, Nobiles, Senatores & Patricios exclu-
 dit, uti docetur §. 5. *Institut. de Jur. Nat. Gent. & Civil. &*
l. 238. ff. de V. S. Quam differentiam non impedit com-
 munitas illa formula, quæ aliquando in Rebus publicis
 adhibebatur, nempe quando in Edictis publicis, Sena-
 tus & Populus conjungebatur, hoc modo: S. P. Q. R.
 i. e. Senatus, Populusque Romanus. Siquidem in hac
 formula Populus Senatui non contradistinguebatur,
 sed solum id honori Senatus dabatur. Simile quid fi-
 hodie, in literis Academicarum, ubi subscriptio talis le-
 gi solet: Rector & Professores: sive ut aliquando fit:
 Rector, Doctores & Professores. Patet præterea, quod
 πολλοὶ hic denotet Populum, h. e. omnes, tam divites,
 s. nobiles quàm plebē, q. 4. *Polit. c. 8.* dicatur Politia
 esse *Civitas Oligarchiæ & Democratiæ*: constat verò Oli-
 garchiam constare ex Nobilibus, Patriciis sive Diviti-
 bus; Democratiam autem ex plebe. Quare cum in
 Politia non solum plebs, sed etiam divites & patricii
 ad regimen admittantur, hæc duo verò hominum ge-
 nera constituent Populum, vox πολλοὶ Populum, atque
 sic omnes denotabit,

9. Porro, Populum, non plebem, per multitudi-
 nem hinc intelligendum esse, putò constare quòque pos-
 se ex 3. *Polit. & ult.* ubi dicitur, quod congruat Politia
 ejusmodi multitudo, in qua nascitur populus bellico-
 sus, qui gubernari possit & gubernare secundum leges,

*Differen-
tia Politia
& Demo-
cratia.* & dignitatē distribuens opulentis magistratus. Ex
quo statim apparet, quomodo proprie dicta Demo-
cratia differat à Politia: siquidem in Democratia as-
sumuntur ad Magistratum omnes ex omnibus, & præ-
sunt omnes unicuiq; & unus quisq; vicissim omnibus;
judicant omnes, & ex omnibus, & de omnibus. Et cō-
cio domina est omnium rerum, &c. uti scribit *Tholo-
sanus l. 4. de Republ. c. 5. n. 16. & l. 5. c. 2. n. 3.* Secus autem
fit in Politia, uti diximus §. 7. Præ terea requiritur ut in
Politia sit populus bellicosus, secus ac est in Demo-
cratia.

*Quomodo
omnes in
Politia im-
perent &
pareant?*

10. Nondum autem sequitur, licet *καὶ* hic om-
nes denotet, E. Omnes simul imperant & parent, &
quidem uno eodemq; modo, uno eodemq; tempore.
Siquidem dicitur, quod circa omnes sit summa pote-
stas, sive imperium, non quod omnes uno tempore
imperent actu, sed quod omnes jus imperandi habe-
ant, non verò solùm aliqui, aliqui verò excludantur:
sicuti in Oligarchia solum divites jus imperandi ha-
bent, exclusis pauperibus. *Clariff. Dn. Cellarius in Polit.
sua succincta, l. 2. c. 5. §. 12.* aliter respondet, & dicit: O-
mnes, qui imperant, esse etiam alio respectu parentes.
Prout enim conjunctim sumuntur, imperantes sunt,
ac imperantes constituunt, per quos imperant; prout
verò seorsim æstimantur & ut singuli, parentes sunt,
illisq; quibus imperium à populo collatum est, obedi-
re tenentur. *Tholosanus l. 5. de Republ. c. 2. n. 3.* nostram
sententiam confirmat sequentibus verbis: Popularis
Reipublicæ propositum est libertas, ad hanc enim re-
spicere dicunt omnem popularem statum: libertatis
verò ipsius pars una in eo consistit, ut per vices impe-
rent ac parent, Populare itaq; suum ad magistratus
omnes

omnes ex omnibus, ac præesse omnes unicuiq; & unum quemq; vicissim omnibus. *Dicitur*, hæc videntur contrariari ijs, quæ diximus §. 9. in fin. *ix.* Hoc testimonio Tholossani nolo probare, qui assumi debeant in Politia, cum videatur Tholossanus loqui in his verbis de Democratia propriè dicta: sed hoc solum volo ostendere, quod nulla sit consequentia: Si omnes imperant, E. nemo paret, cum hoc per vices fieri possit, id quod testatur Tholossanus.

XI. Hæc si observentur, etiam parum contra nos obtinebunt, qui ex natura definitionis Reipublicæ in genere ex 3. *Polit. c. 4. (alias 6.)* argumentantur, hoc modo Politiam prorsus non esse Rempublicam, utpote cui non competit definitio Reipublicæ. Siquidem Respublica est *ordo Imperantium & Parentium*. Si autem omnes imperant, nemo paret. Præterea: Et in Politia & in Democratia propositum est Libertas, sive Æqualitas: ubi autem omnia sunt æqualia, ibi perit distinctio parentium & imperantium, sine quibus Respublica ne cogitari quidem potest. Sic dicitur, quod par in parem non habeat imperium *argt. l. 14. ff. de Mammiffionib. l. 13. §. 4. ff. ad S. Trebellian l. 4. ff. de Recept. Arbit. l. 14. ff. de Jurisdic. Hæc enim nullo negotio ex §. precedente solvi poterunt,*

An Politia sit Respublica.

XII. Quoniam igitur in Politia summa potestas est penes populum, sive penes omnes, sciendum tamē est, hoc ipsum ad naturam Politicæ nondum sufficere, nisi quoq; ista summa potestas sit penes omnes *Indivisim.* Probamus autem hoc ita: Aristoteles constituit tres Rerumpublicarum species simplices: scilicet Regnum, Aristocratiam & Politiam. Sicuti itaq; priores duæ species simplices, requirebant, ut Majestas tota & in

In Politia omnes imperant. In-divisim.

& indivisim esset penes unum in Regno, penes paucos in Aristocratia; ita quoq; requiritur in Politia, ut illa summa potestas sit penes omnes, sed etiam indivisim: per hoc enim Respublica simplex à mixta distingui debet, qua de re alibi pluribus acturi sumus.

In Politia
debet esse
Majestas

13. Penes hos omnes autem debet esse τὸ κρείσσειν πᾶσι, h. e. summa potestas, sive potestas ubique, sive Majestas. Nisi enim habeat talis Politia summam potestatem, sed superiorem agnoscat, non est Respublica primi generis, sive primi analogati, sed rectius analogatum: Vid. disp. nostra de Oligarchia, §. 12. & 13.

Eaq; debet
respicere
Salutem
publicam.

14. Tandem requiritur, ut illi Omnes penes quos hæc Majestas est, pro fine sibi constituent suæ ad ministracionis, Salutem publicam, non privatam, h. e. non divitum tantum, neq; etiam pauperum tantum, sed & divitum & pauperum: sunt enim quoad hoc utriq; æquales. Hoc nisi observetur, non bene inter Republicas rectas referretur Politia, cum esset Respublica prolapsa 3. Polit. c. 9. (alias 13.) sive Democratia.

quam ut
facilius ob
tineant si
nant regna
re leges.

15. Hunc finem, ut facilius consequantur; necesse est, ut sinant leges dominari, non decreta, juxta monitum Aristotelis 4 Polit. c. 4. in fin. ita enim loquitur: Ubi non dominantur leges, ibi non est Respublica, sive Politia. Omnibus namq; legem quidem dominari oportet: de rebus verò singulis magistratus & Rempublicam decernere. Hinc Christippus quoq; l. 2. de Legib. ait: Ubi nulla legum autoritas, ibi quoq; nulla Respublica. Imò ipse Philosophus rectè statuit, quod meritò is reprehendatur, qui Democratiam ultimam, in qua nulla legum vis atq; autoritas, conatur affirmare Rempublicam esse, cum Respublica consistat in ordine; ubi verò nullæ leges locum habent, ibi non ordo

do est, sed potius confusio, atq; hominum colluvies,
Aristoteles l. c. Addatur supra §. 9.

16. *Dicitur: Aristoteles l. c. loquitur de Democratia, Dubium.*
non de Politia in specie sic dicta. *Hoc nihil impedit: Solutio.*
siquidem Politia & Democratia reliqua, excepta ul-
tima specie, conveniunt, quod scilicet omnes debe-
ant regi legibus universalibus, in singulis verò, ubi lex
generalis deficit, deniq; Magistratus prudentiã & ar-
bitriò.

17. Verùm, cum in Politia, Magistratus quidem
possit deliberare, & certam formare, cum primis in-
singularibus, conclusionem, nihil tamen per se decer-
nere aut sancire, nisi in id totus populus consenserit: *& paupe-*
atq; sic necesse sit, omnium in illa civitate degentium *rum ac di-*
vota exquirere, idèd quod Majestas sit penes omnes; *vitum pa-*
quod autem omnes tangit, ab omnibus debet appro- *riter habes-*
bari, *l. 29. de Reg. Jur. in òto.* attamen, cum sic rarò com- *ant ratio-*
modum publicum possit obtineri, ita scilicet, ut non *nem*
magis ad pauperum, quàm divitum salutem respicia-
tur: quia ut dicit Aristoteles 3. *Polit. c. 5. (aliàs 8)* semper
pauperum sunt plures, *& 4. Polit. c. 4* fieri facillè potest,
si res ex votorum pluralitate estimanda sit, semper id,
quod volunt pauperes, obtineant, divitumq; vota ni-
hil, vel parum valeant, eò, quod semper majora con-
cludant *4. Polit. c. 8 & 6. Polit. c. 3.* & pauperum vota
semper majora constituent. Quo ipso non respicietur
omnium pariter salus, sed pauperum, superhabito di-
vitum commodo: id quod non est observare commo-
dum publicum, sed privatum: necesse est, ut in Politia,
monente rege *Arnifol. 2. Relect. Polit. c. 5. f. 2. num. 12.*
& 13. utriusq; ordinis, divitum scilicet & pauperum,
patriciorum & plebejorum, ratio habeatur, ita nimi-
S rum.

Quatuor
Politiae re-
quisita 1.

2.

3.

4.

rum, ut nec ordo divitum præ paucitate minus, nec or-
do plebeiorum præ multitudine plus possit. *Bellarminus l. 1. de Pontif. Roman. c. 6.* hæc quatuor ad Democra-
tiam, sive Politiam requirit: 1. ut Magistratus ab ipso
populo constituatur, atq; ab eodem auctoritatem su-
mat. 2. ut à sententia Magistratus, in rebus gravioribus
ad iudicium populi appelletur. 3. ut leges quibus Res-
publica est gubernanda, à Magistratu quidem propo-
nantur, sed à populo jubeantur. 4. ut Magistratus apud
populum accusari possit: veletiam morte multari, si
ita populo videatur.

Omnium
vota ex-
quiruntur
vel Cura-
tim

vel

Centuria-
tim

18. Liceat autem hîc paululum nobis digredi,
& videre, quomodo possint in tali Republicâ vota om-
nium exquiri: scilicet fieri id potest, vel CURIATIM,
vel CENTURIATIM. *Curiatim* si exquirantur, viritim
suffragia ferunt: ita enim Curiate Comitia describit
Alexander ab Alexandro l. 4. Genial. Dier. c. 3. pag. mihi. 450.
Vid. Andreas Gerhardi in tract. de Testam. disp. 2. th. 4. § 18.
Cum viritim tribules dabant suffragia, ubi accedebat
singulorum, totiusq; vulgi opinio & consensus, ea co-
mitia curiata: Cum verò per singulas centurias unus
ferebatur calculus, Centuriata dicta sunt. Ideo in Cu-
riatis omnis potestas suffragiorum, & comitorum e-
ventus, penes populum stetit. Nam singulis populari-
bus, etiam despectissimo cuiq; viritim suffragandi,
proq; suo candidato decertandi potestas erat. In Cen-
turiatis verò cum non singuli censerent, sed per centu-
rias suffragia ferrent, in quibus copia aliquorum plus
poterant pro eo, quod ex omni tribu præcipui opibus
& dignitate, in centurias selecti, suffragabantur, divi-
tum suffragationem prævaluisse certum est.

19. Cum itaq; in Politia jus suffragandi in prin-
cipio fuerit penes omnes indifferenter, ex qua causa

etiam comitia curiata instituebantur, ne ita perpetuo
divites in votis succumberent, & à plebejis superarentur,
Seruius Tullius comitia Curjata in Centuriata mutavit,
prou hoc latè enarrat Dionysius Halycarnassens l. 4.
Historia sua, pag. mihi, 224. Verba ejus hæc sunt: Ea pro-
rogativa sita erat in Comitiiis, ubi de maximis negotiis decer-
nit populus. Dixi verò & antea, quod trium rerum, maxi-
marum ilarum & summè necessariorum, penes populum ex
prisco instituto arbitrium fuerit, creandi magistratus tam do-
mi, quàm militia, leges confirmandi, bellum, pacemq; decernē-
di. De his rebus à populo disceptabatur & decernebatur latis
curiatim suffragiis; & tantundem valebat pauperrimi, quan-
tum diuissimi calculus: cumq; (ut par est) pauci essent diuites,
pauperes in ferendis suffragiis illos numero longè superabant.
Quo animaduerso Tullius ad diuites vim suffragiorum transu-
lit, quand enim magistratus creare, aut de lege cognoscere, aut
bellum inferre volebat, pro Curiatis Centuriata indicebat
comitia. Prime ad suffragia vocabantur maximi census cen-
turia, in quibus præter octod. cim equitum, octuaginta erant
centuriæ peditum, hæc, quia tribus centuriis plures erant quàm
reliquæ si consentirent, vincebant, & desinebatur sententia:
si minus, viginti duæ centuriæ è secundi census civibus con-
scriptæ, vocabantur ad suffragia. quod si ne tum quidem conue-
nirent calculi, tertia classis vocabatur, ac deinceps quarta:
idq; tam diu fiebat, donec nonaginta septem centuriarum con-
tingerent suffragia. id si ne post quintam quidem vocationem
contingeret, centum nonaginta duabus centuriis pari utrinq;
numero diuisis in duas sententias, tum demum ultima vocaba-
tur centuria, in qua inopum, ideoq; à militia & tributis im-
munium civium erat turba: & utricunq; parti hac accederet,
eam reddebat potiozem: quod perrarum erat & penè impossi-
le, plerumq; enim prima vocatione absoluebantur comitia, raro

ad quartam perveniebatur: quinta & sexta erant supervacua. Hoc institutum tanto potiores divitum partes efficiens, fefellit plebem, ut diximus, deceptamq; amovit à tractatione reipublica. Omnes enim putabant se in Republica aequari, dum viriim suffragia ferebant in sua quisq; centuria sed in hoc decipiebantur, quod non animadverterent unum esse totius centuriae suffragium, sive ea paucos cives contineret, sive plurimos; & quod prima suffragia ferrent quae essent maximi census, plures quidem ceteris, sed minorem habentes hominum numerum: maximè verò quod pauperes, licet multi essent, unicum haberent suffragium, & ultimè vocarentur. Hæc Halycarnasseus. Vid. idem l. 7. pag. mihi 464. 465.

*fraudes in
Politia nõ
semper ha-
bent locũ.*

20. Verum enim verò, sicuti in Politia justum non erat, si solùm vota curiatim numerabantur, atq; sic à plebejis ditiores numero superabantur; ita quoque nequaquam justum erat, plebem decipere modo, jam ex Halycarnasseo adducto, & contra plebem divitibus potiora in Politia tribuere. Nam Centuriatorum comitiorum suffragia erant penes nobilissimos & primicensus homines, raròq; in iis veniebatur ad mediarum classium suffragia, iterum teste Halycarnasseo, l. 7. pag. 465, item l. 8. pag. 549 n. 30. item l. 9. pag. 598. ubi habetur, quod hanc fraudem Tribuni animadverterint, ideoq; pro Curiatis Tributa ut fierent, effecerint. Illo enim modo non est Politia, sed Oligarchia. Medium itaq; tenendum & observandum est, uti §. 17. inuimus.

*An detur
Politia?*

21. His ita propositis, minima non oritur difficultas, scilicet, nos hæcenus oporose nihil egisse, disputando de Politia, ejusq; naturam explicando, & tamè à nobis nondum demonstratum esse, unquam in rerum natura talem Politiam esse, aut fuisse: proindeq; nos quoad hoc Pontificiorum simias esse, qui prolixè de

Caelo



Cælo Empyræo contentunt, ac multis exponunt qualitates & accidentia Purgatorii, nondum probato dari Cælum Empyræum, aut Purgatorium: imò etiam contra Aristotelem nos agere, qui 2. *Poster. Analyt.* c. 7 §. 4 docet, prius nos debere esse certos de An sit, postea deum de Quid sit. Vid. *Casalpin l. 2 Quæst. Peripatet. q. 8. pag. mihi 42. fac. b.* Si respondeamus, Aristotelem ipsum fateri, hanc speciem cæteris speciebus rariorem esse, indeq; à pluribus qui de Rebus publicis scripserunt, neglectam; Rarò enim quæ accidunt, non temerè in agendis negotijs cõputatur *l. 64. ff. de R. J.* aut cù Democratia consulam esse; imò à multis penitus ignoratam: Inde tamen nondum sequi. E. talis non datur, aut est: cum à nostra ignorantia, ad rei nullitatem argumentari non liceat.

22. Præterea, ipsum Philosophum fateri, hanc speciem potissimum obtinere ibi, ubi cives communiter omnes virtute militari pollent, qualis v. g. fuit ali- quando Respublica Romana. Siquidem licet satis difficile, ut omnis omninò virtus Civilis, h. e. ea, quæ ad Rempublicam est necessaria, cadat in omnes cives, si- ve in plebem, virtus tamen bellica in plebe locum satis benè habere potest, Verba Philosophi 3. *Polit. c. 5. (aliàs 7.)* hæc sunt: Fit, ut unus quidem vel pauci vir- tute præstent, plures verò difficile jam omni virtute esse expolitos. Sed maximè bellica, hæc enim in multitu- dinem cadit. quare in hac republica tenet militaris? multitudo principatum, ejusq; sunt participes ij qui arma tenent.

Obtinet potissimè in viris bellicosis,

23. *Excipiunt:* Solam fortitudinem, si ve virtu- tem bellicam, ad constitutionem Reipublicæ bonæ si- ve rectæ non sufficere, sed requiri reliquas quoq; vir- tutes?

Virtus bellica an sola constituat Politiam?



tutes, quæ tamen Aristotele concedente ll. cc. in multitudinem non cadunt: proindeq; aut Politiam non esse Rempublicam bonam ac rectam, aut à Democratia specie non differre. Quod verò ad rectam & bonam Rempublicam reliquæ quoq; virtutes sint necessariæ, patet ex fine Rerumpublicarum bonarum, qui est, *benè vivere*: quod est complexus si non omnium, potissimum tamen virtutum, non solius fortitudinis, uti ex Ethicis constat.

24. *Pr.* I. quod attinet, scil. solam virtutem bellicam, h. e. fortitudinem ad Rempublicam regendam non sufficere, concedendo: sed nec hoc Aristoteles docet: sed dicit: *Maximè bellica*, scil. præditi sint cives Politicæ, 3. *Polit. c. 5. (aliàs 7.)* Hoc maximum, reliquas non excludit. II. Quando dicitur, Aristotelem fateri, reliquas virtutes in multitudinem non cadere: dico, hoc falsò imponi Aristoteli: etenim aliud est, *difficiliter* cadere in multitudinem, aliud *penitus non* cadere in multitudinem: quod enim difficile est, non statim impossibile est. Sive, quod rarò accidit, non statim nunquam accidit. III. Ad hoc autem, E. Politia aut non est bona Respublica, aut à Democratia propriè non differt: dicimus, Politiam non ejus esse bonitatis, h. e. perfectionis, cujus bonitatis sive perfectionis sunt reliquæ species, puta Monarchia & Aristocratia, ratione ejus, quod virtutes in gradu perfectiori possint imperantibus habere locum: est tamen bona & perfecta, in oppositione ad Democratiam, & ab hâc differens, non solum secundum virtutes majores, quæ in Politia præ illa locum habent, sed etiam secundum finem, quod in hac respiciatur communis utilitas, in illa privatum commodum.

25. Neq;

25. Neq; remoram nobis ponet illud, quod ha-
 bet Aristoteles l. c. 3. Polit. c. 5. Unum, vel paucos vir-
 tute præstare posse: multitudinem non item. Siquidẽ ^{Multitu-}
 distinguendum est inter ^{do alia est} *Multitudinem*, scilicet aliquam ^{moderata,}
 esse *Moderatam*, aliquam autem *Esferam* sive *Beluinam*, ^{alia}
 prout ipse Aristoteles distinguit l. 3. Polit. c. 7. (aliàs XI.)
 Deinde plebs non sola judicare debet, sed cum prudẽ ^{Esfera &}
 tibus: unde dicit Aristoteles l. c. Si multitudo non ni- ^{beluina}
 mis sit servilis (erunt enim singuli quidem doctis pe-
 jores judices, universi autem meliores vel non deteri-
 ores.) Item 3. Polit. c. 8. (aliàs 13.) inquit: Nihil vetat in ^{Multitu-}
 terdum multitudinem, paucis esse meliorem, & ditio- ^{do aliquam}
 rem, non ut singulos, h. e. distributivè, sed ut univer- ^{do melius}
 sos, h. e. collectivè. Etenim plures creduntur aliquid ^{judicari,}
 rectius perpendisse quàm unus, quod fundamentum ^{singulis do-}
 videtur istius regulæ, *Majora concludunt.* Vid. 3. Polit. c. ^{ctis.}
 XI. (aliàs. 15.)

27. Hic, antequam ad alia progrediamur, quæ
 naturam Politicæ concernunt, placet ventilare quæsti-
 onem: An jure nitatur aliquo regula ista: *Majora con-*
cludunt? sive, quod unum est & idem, *An vota debeant*
numerari, an ponderari? *Majora concludere*, videtur ^{An majo-}
 apud *Jctos* expeditum esse, ex l. 47. ff. de Re Judicat. l. 39. ^{ra conclu-}
 ff. de Adopt. l. 16. § 1 ff. de R. J. de qua sententia pluri- ^{dant?}
 bus egimus d. sp. nostra Polit. de Aristocratiâ §. 19. quam vide ^{Rationes}
 Tantummodo hic unam atq; alteram difficultatem, ^{dubitandi}
 placet expedire. Et I. est quod dicitur cap. 1. Extr. de ^h
 His qua fiunt à majori parte capituli: quod non debeant
 numerari suffragia, sed ponderari: ita enim habet ca-
 pitulum: Quocirca præsentî decreto statuimus, ut ni-
 si à paucioribus & inferioribus aliquid *Rationabiliter*,
 objectum fuerit & ostensum, prævaleat semper & suũ
 con-

consequatur effectum, quod à majori & saniori parte capituli fuerit constitutum. Non constitutionem nostram impediat, si fortè aliquis ad conservandam Ecclesiæ suæ consuetudinem *se juramento dicat adstrictum*. nec enim juramenta, sed potius *perjuria* sunt dicenda, quæ contra utilitatem ecclesiæ, & sanctorum patrum veniunt instituta. Sic non major pars obtinuit *in Synodo Nicæna*, sed votum unius Paphnutii, *distinct. 31. can. 12.* Idem videtur dici *in Juri Civili*, scilicet *l. 8. ff. de Pactis*, Majorem partem pro modo debiti, non pro numero personarum dejudicandam esse.

Respon-
siones ad 1.

27. *12. In Cap. 1. Extr. de His, quæ à majori parte capituli fiunt*, non dicitur, quod minor pars de jure concludat, etiamsi rationabiliter quid objiciat, sed quod minor pars rationale quid objiciendo cæteris suam sententiam *persuadere* possit, uti *ex distinct. 31. c. 12.* evidenter apparet. Siquidem in quibusdam Ecclesiis minor pars clericorum, non secundum rationem, h. e. modo legitimo, & validis persuasionibus, *sed propria voluntate* potius Ecclesiasticam ordinationem impediebant, prætendendo vel juramenta, vel consuetudinem, vel alia futilia. Hinc *in Gloss marginali* dicitur: Unus potest alios trahere ad partem suam, *l. 17. §. ult. ff. de Recept. Arbitr.*

28. *Ad l. 8. ff. de pactis*, Respondetur, Majora non obtinere in iis, quæ fiunt tanquam à singulis, sed in iis, quæ fiunt tanquam ab omnibus. Et in illis loci habet illud: Quod ad plures spectat, ab uno, cæteris contradicentibus, de jure alii concedi non potest. *l. XI. ff. de Servit. Prædior. Rusticor.* Huc etiam referri potest *l. 28. ff. de Commun. Dividund.* Etenim, licet plures in aliquid consentirent, unus verò prohiberet, unius isti-

us

us prohibentis conditio melior esset, quam cœterorum consentientium: In re enim pari potiore causam esse prohibentis, constat l. d. 28. ff. de Commun. Dividund.

29. Omnium clarissime videtur doceri, votanō numeranda esse, sed ponderanda, l. 1. §. 6. C. de Veteri Jure Enucleando: Sed neq; ex multitudine auctorum, quod melius & æquius est, iudicatore: cum possit unius forsitan & deterioris sententia & multos & majores aliqua in parte superare. Unde etiam videtur illud desumptum esse: Vincat non prima sententia, sed melior, Plinius in Panegyric. c. 76. n. 3. Ex quo etiam fuit querela ejusdem Pliny l. 2. Epist. 12. quæ digna est ut hic tota legatur: *Δειτ' ἔπειτα τοῦτο, quod super esse mariti Prisci causæ proximè scripseram, nescio an satis, circumcisum tamen, & videri sum est. Firminus inductus in Senatū, respondit crimini noto. Secuta sunt diversæ sententiæ consulum designatorum. Cornutus Tertullus censuit ordine movendum. Acutius Nerua, in sortitione provinciæ rationem ejus non habendam: quæ sententia tanquam mitior vicit, cum sit alioqui durior, tristiorq;.* Quid enim miserius, quam exectum & exemptum honoribus senatorijs, labore & molestia non carere? Quid gravius, quam tantâ ignominia affectum, non in solitudine latere, sed in hac altissima specula conspiciendum se, monstrandumq; præbere? Præterea quid publicè minus aut congruens, aut decorum, notatum à senatu in senatu sedere, ipsisq; illis à quibus sit notatus, æquari? summotum à proconsulato, quia se in legatione turpiter gesserat, de proconsulibus judicare? damnatumq; serdium, vel damnare alios, vel absolvere? Sed hoc pluribus visum est. Numerantur enim sententiæ, non ponderantur. Nec aliud in publico consilio potest fieri, in quo nihil est tam inæquale, quam aequalitas ipsa. Nam cum sit impar prudentia, par omnium jus est. Hæc Plinius, Addatur Lipsius in Polit. l. 3. c. 8. n. 7. in Not

Ratio du-
bitandi
quarta

30. *Re. Lex 1. §. 6. C. de Jure Veteri Enuclen.* contra
Responsio nos adduci non potest: Siquidem ibi non sermo est de
ad 4. suffragijs, sed §. 6. continet in se monitum Imperatoris
ad Tribonianum, & cœteros juris Compilatores, ut ni-
mirum non autoritate in confarcinando jure nitantur,
sed ipsa justitia: h. e. non statim credant illud justum
esse, & optimum, quod apud multos veteres, qui de
Jure scripserunt continetur, cum multi in sententijs
suis potuerint sequi consuetudinem temporis & loci
sui, non rationem aut justum; sed quod debeant senten-
tias dijudicare, & videre, num etiam illæ sententiæ, si-
ve leges Jctorum veterum congruæ quodq; sint juri Ro-
mano: nam *juxta Aristotelem l. 4. Polit. c. 1.* leges pro re-
bus publicis scribendæ sunt, & scribuntur ab omnibus.
non verò Respublica pro legibus. Sicuti calceus pedi
aptandus, non pes calceo: Cum sæpè unius aut alterius
vel recentis, aut etiam veteris Jcti sententiæ magis fa-
ciat ad jus Romanum, atq; sic sententiæ melior sit,
quàm ea, quæ à pluribus est proposita. Deinde, alia
res est in scientia siue disciplina, alia in foro. *Ad il-
lud Plinij*, sunt qui respondent: *n̄ Ponderari, conslijs*
competere; *Votis* verò, *n̄ Numerari.*

31. Unicum adhuc afferamus & postea in viam,
undè digressi sumus, redeamus. Si majora debeant
obtinere, videtur, quod contra regulam vulgarem:
Dubium Res inter alios acta, alijs præjudicet, quod est *contra l. 7.*
5. *§. fin. ff. de Pact. Et l. 10 ff. Eod. Re. Paulus. Busius, pag. mi-
hi. 103.* His non obstantibus, Divus Marcus constituit,
Responsio. ut cœteri creditores absentes etiam præsentium pluri-
mum pactum de debito remittendo, sequantur; *huma-
nitatis* nimirum causa, ob favorem liberationis. Hoc
itaq; singulare est. Unde nec illud obstat, quando di-
citur:

citur: quod nostrum est, sine nostro facto ad alium nō transferri, l. X l. ff. de R. J. Idem enim responderi debet. Sed quæ est æquitas sive ratio, quod alij adstringuntur pactis aliorum stare? R: quia pro eorum utilitate fieri videtur, cum talia tunc fiant, quando debitor non est solvendo: nec enim aliàs est verisimile, quod illi jactarent vel effunderent pecunias suas: Item non haberet defunctus hæredem: Item, non haberent creditores, quem convenirent. Vid. Johannes Ramus in Commē. tar. suo MS. ad titul. ff. de Pactis, ad has leges. Qui plura desiderat cognoscere, quando & quomodo majora debeant obtinere, legat Clariss. Dn. Linneum in Jure Publ. l. 9. c. 1. n. 175 usq. ad num. 191. Heiderum in Polit. c. 6. pag. m. 952. & seqq. Rein Kingk de Reg. Secul. & Eccles. pag. mihi 109. 328. 329. Reinhard. König. in Theatro Politico. 1. c. 29. n. 9. & seqq. item, c. 30. pag. 459. Wesenbec. in papat. ff. Quod cujusq. Universitatis nomine, n. 4. pag. mihi, 151. Bacchovium ad Treutler. volum. 2. disp. 23. de Re Judicat. th. 2. lit. C. pag. mihi 432. Justum Sinold, cognomento Schütz, in Collegio Publico, de Statu Rei Romana, volum. 1. disp. 2. th. 15. Item disp. 10. th. 15.

32. Supra §. 14. ex fine rerum publicarum, cum Philosopho retulimus Politiam inter formas rectas & bonas: hoc autem verum non videri, inde patet, quod Aristoteles 4. Polit. c. 8. Politiam vocet Cinnum Oligarchia & Democratia. Si hoc verum, sanè inter formas bonas Politia referri non poterit, ratio est, quia partes ex quibus constat, malæ sunt. E. ipsum quoq; malum, aut ad minimum concedendum erit, dari participationem virtutis & vitij, Vid. Aristoteles 4. Polit. c. 7. Verū responderi debet ex 5. Polit. c. 10. ubi ostendit, quod Tyrannis aliquid habeat ex Oligarchia & Democratia,

An Politia referretur inter Respublicas bonas?



indeq; Parentibus perniciosissimam esse, utpote quæ sit ex duobus malis conflata. Addit autem: quæq; aberrationes & peccata utriusq; Reipublicæ habeat. A contrario itaq; sensu: licet Politia ex Oligarchia & Democratia conflatur, atq; sic ex duobus malis principis, modo in illa mixtura, utriusq; vitia non retineantur, sed potius contemperentur; non sequitur E. Politia quoq; est mala, eo quod constat ex malis principijs, ac Tyrannis. *Addatur l. 2. Polit. c. 4.*

An Politia sit forma simplex?

33. *Dices verò:* Quicquid sit, posito tandem, referri posse Politiam inter bonas rerumpublicarum formas: falsum tamen erit, quod sit aliqua forma simplex, cum conflatur ex Oligarchia & Democratia. Si ex hac causa, Politia referenda non est inter formas simplices, etiam non erit referenda inter formas simplices, licet prolapsas, Tyrannis, cum illa ex duobus malis conflatur, scilicet ex ultima Oligarchia, & ultima Democratia, teste Philosopho *l. c. 5. Polit. c. 10.* Deinde Aristoteles non nude affirmat in Politia mixtionem fieri, sed eum hoc addidamento: *ὡς ἀπὸς ἐπιπέδου*, i. e. ut absq; *ἀπὸς ἐπιπέδου* dicam. Posset etiam distingui, inter *Compositum esse*, & *Mixtum esse*. *Videatur Heiderus in Polit. s. 6 pag. 990. 991.*

Politia est forma firma.

34. Abeamus hinc, si prius verbo solummodo aliquid dixerimus de Politia stabilitate sive conservatione, ejusq; imbecillitate, sive corruptione. Politiam autem esse rempublicam optimam, in concreto, maxime stabilem, & corruptioni non ita facile obnoxiam, præ Oligarchia & Democratia, ex Aristotele constat. *Polit. c. XI.* & probatur ibidem aliquot rationibus, quæ Respublica in mediocritate posita est, illa est optima: Virtus enim, quæ est mediocritas, est optima.

2. ni



2. In qua Civitate plures sunt Cives bonorum mediocrium, h. e. non nimis divitum, neq; nimis pauperum, illa corruptioni est minus obnoxia. Sed talis est Politia.

3. Cuius civitatis cives facilius regi possunt, illa stabilis est. Politia cives facillimè regi possunt, quia sunt bonorum mediocrium. Nam qui bonis, robore, amicis, &c. excellunt, parere nec volunt, nec sciunt, sunt insolentes propter rerum omnium affluentiam, & propter neglectam, sive molliorem, aut vitiosam educationem. ne quidem in ludis literarijs imperium ferre possunt. 4. Civitas quæ constat maximam partem à paribus & similibus, est optima. Si cives medijs sunt, ex æqualibus constat. E. 5. Quia in Politia Cives sunt tutissimi, quia sunt mediocrium bonorum; ita enim non expetunt aliena, quod fieret, si essent pauperrimi, non alios contemnunt, quod fieret, si essent ditissimi. 6. Quia mediocres in Politia maximè conservant Rempublicam, ideoq; satis stabilem reddunt. Nam ejusmodi homines inter pauperes & divites interjecti, Politiam conservant impediendo, quo minus divites vel pauperes totam rempublicam ad se trahant. Quæcunq; enim pars, vel pauperum, vel divitum conaretur rempublicam ad se trahere, ac mutare, illi pars media accederet, & alteri impedimento esset, quo minus conatum in effectum deducere posset, quo ipso Respublica conservatur, & stabilis efficitur. *Vid. Heiderus in Polit. c. 6 pag. 99. 4. & seqq.*

35. Quamvis autem non ita facile Politia mutationi subjaceat, sed rarò contingat, ex causis allegatis, ^{nihilominus tamen} non tamen inde quisquam rectè collegerit. E. penitus, aut nunquam mutatur. Nam quæ rarò fiunt, fiunt tamen, quamvis non ita crebrò. *Vid. supra §. 21. Imminet tamen huic statui mutationis periculum, si Libertati in-* ^{ex aliqua causa mutationi obnoxia.}

fidia fruuntur, ejusq; studium commune negligatur: Il
quoq; fieri potest, si in tali Politia uni alicui jus armorum
nimis diu conceditur. Nam cum Politiam oportet ac
constare ex ijs, qui arma tantum habeant, ut loquitur.
Aristoteles 4. Polit. c. 13. Libertas maximè conservabitur
per virtutem militarem. Si verò uni alicui omne
jus armorum concedant, nullo negotio fieri poterit, ut
ille degeneret, & militum ope, maximè si illis in amore
fit, rempublicam invadat, & tyrannidem affectet. Si-
cuti enim in omnibus Rerum publicarum formis, in
quibus unus nimium incrementum, aut potentiam ac-
cepit, periculosum est, & mutationi, aut corruptioni
proximum; ita cum primis periculo hoc non caret in
Politia, si alicui potestas armorum vel diu, vel perpe-
tuò concedatur, Vid. disp. nostra de Causis Ari-

stocratiam Conservantibus §. 25. item disp.

de Causis Aristocratiam Corrum-

pentibus, §. 18. Et tantū

etiam de Poli-

tia.

COROLLARIA. I.

Queritur, An non Aristoteles sibi sit con-
trarius, quando l. 8. Ethic. c. 1. & lib. 9. Ethic.
3. & lib. 2. Magnor. Moral. c. XI. lib. 7. Eu-
dem. c. 1. ὁμοιον ὁμοίῳ φίλον, simile simili amicum,
asserit. Item quando docet l. 7. Eudem. c. 1. Gra-
culum graculo delectari: item furem cog-
noscere furem, lupum, lupum: Ex quo colligere



gere est, Amicitiam consistere, siue niti simili-
tudine: postmodum veròl. s. Polit. c. 10. affir-
mat, Democratiam contrariari Tyrannidi,
eo quod Democratia Tyrannis sit, hocq; pro-
bat ex Hesiodi l. 1. Oper. & dier. vers. 25. &
26. quod figulus figulo succenseat. Verba
Hesiodi sunt:

Καὶ κεραμίδος κεραμῆί κοίται, καὶ τέκτονι τέκτων,
καὶ πτωχὸς πτωχῷ, καὶ αἰκιδὸς αἰκιδῷ

Et figulus figulo succenset, & fabro faber,
Et mendicus mendico invidet, cantorq; cantori,

Si itaq; Democratia similis Tyrannidi,
quomodo illi contraria? Dicis: ratione status,
sicut Regno Aristocratia. Negandum est. Si-
quidem à Philosopho dicitur, s. Polit. c. 10.
quod Democratia Tyrannis sit: καὶ γὰρ ἡ δημοκρατία
καὶ ἡ πλειστάσια, πλεονεία ἐστίν. Regnum autem Aristo-
cratia non est, nec contra. Videatur Wallise-
rus disp. Ethic. 7. Aporia. 3.

I. I.

Sunt hodie, qui multum gloriantur de sua nobilitate. recensendo
scilicet suos majores, Ihre sieben Ahnen, innitendoq; majorum suorum
opibus, siue divitiis. Queritur, an vera Nobilitas his absolvatur?
Aristoteles s. Polit. c. 1, hanc controversiam decidere poterit, sta-
tuendo



tuendo, salvâ veritate, Genere nobiles esse, quibus majorum est
VIRTUS, & divitiæ. Ex quo non immerito Philosophi & Poëta illos
rident, qui vana & vitia illa nobilitate solùm turgent, quod à parenti-
bus nobilibus prognati sint. Videntur, & merito habentur hujusmodi
nobiles, similes hostiis tribuatiis, quarum meminit Aristoteles de E-
lench. Sophist. c. 1. §. 2. Deinde, si hoc, vera & unica causa nobi-
litas est, à nobilibus generatum esse, quæso quis fuerit primus nobilis,
cum omnes natura simus pares? Vel enim omnes erimus pares ac no-
biles; qua in opinione fuerunt Egyptii, teste Diodoro Siculo l. 1.
Rer. Antiquar. part. 2. c. 5. vel nullus. Unde etiam illud Germa-
norum originem traxisse videtur:

Da Adam hact' vnd Eva spahn/
Wer war damals ein Edelman?

Quapropter rectè Codrus Urceolus in Epigramatibus:
Sint tibi Gallorum Rex & Regina parentes;
Et maneat virtus pectore nulla tuo:
Non pluri faciam te, quam tibi rustica mater
Si sit, & ignotus rusticus ipse pater.

Itaque,

Non census, nec stemma Patrum, Virtus sed avita
Eximit è vulgo: gloria vera beat.
Et demum præclara sequens Prudentia præstat,
Alma sit ut virtus Nobilitatis apex.
Sis licet ex rutilo prognatus sanguine Regum -
At simul invocua sis probitatis egens:
Tu truncus deformis eris: vel bestia magna:
Nam probitas magnas, ingeniumq; facit.
Ergo, Ars, Mars, & ejus voluntas, qui jus nobilitandi ha-
bet, Nobilitatis causa erunt, eamq; absolvent.

F I N I S.

Ad Præstantiff. & Doctiffim.

DN. CHRISTIANUM ADOLPHUM BALDUIN: Commen-
salem & amicum suum respondentem.

FLos juvenum defende vices, quas themata poscunt,
Expolit ingeni queis Politeia decus

Hinc studiis Balduine tuis vim pervigil auge,
Amplificum lato nomen ut orbe sonet.

Christianus

Quin referas laudem! tibi neelit adorea laurum, Adolphus Balduin,
Pandit & in famam carbasa plena tuam. Per Anagr.

Interca Charitos te sic gremii intima servant

Sinus Charitos

Queis nullus poterit blandior esse finus. vi dupla blandus.

F. L. M. Q.

Ludovicus Jungerman, Med. D. & P. P.
Botanic. Univerf. Altorfin.

I.

BRechen nun die goldnen strahlen seiner tieff-gesuchten Kunst
aus dem freyen Sinnen-himmel durch deß Pöfels wolcken-Dunst?
bricht des wihes schöne fruchte/derer safft kein Reid verstopfet
mit so gutem glück nun aus/als Er sie vorlängst gepropfet?

So ist es. Es zeigen dis beydes zur gnüge

Die löblichen Sätze
die Er uns als schätze

heut zeigt und verthädigt mit herrlichen Siege.

2.

Was kan schwerer seyn/ als wissen wie in diesem Weltgebäu
eines ganzen Volckes wesen ordentlich zu führen sey?

Was erfodert gröfse Kunst als mit flugheit können zeigen
daß sich nicht ein solcher stand möge zu dem fallen neigen?

Und dennoch belehren uns dieses zur gnüge

die zierlichen Sätze
die Er uns als schätze

heut zeigt und verthädigt mit herrlichem Siege.

3.

Nun woh lan! Wie hochgestiegen jener halb-gott von Stagir
der Ihm hier in dieser lehre leucht / und factel trägt für/

Es

So mit gutem glück und ruhm muß er nach dem wunsch der Seinen
wachen immer dahin zu wo die Stern-Crystallen scheinen/
denn dieses erblicken und fodern zur gnüge
die rühmlichen Sätze
die Er uns als Schätze
heut zeigt und verthädigt mit herrlichen Siege.

4.
Also wird Er künftig schaffen durch der Rechte klugen Rath
was sein hochgepreister Vater bey der Lehre Gottes that/
Also werden wir an Ihm sehn ein neues Kunst-Exempel
das nechst andern glänzen wird in der Tugend schönen Tempel.
denn daß wir das glauben/ beweisen zur gnüge/
die rühmlichen Sätze/
die Er uns als Schätze
heut zeigt und verthädigt mit herrlichen Siege.

Seinen geehrten Freunde
schriebs

Enoch Gläser aus Schlessien.

Gaudet Calliope, quoties te pleetra movere,
Fluminis & versu sstere cernit iter.
Quam Themidi, BALDVINE, places! se forte sacrat is
Ex legum libris fasq; piump; doces.
Ansa quid H. E. igitur? Sic vates auguron: ortum
Ad solis celebris te tua fama vehet.

A. Kurz

Ad Doctissimum

Dn. Respondentem Contubernalem suum.

Dum de principiis *in istis* differis, inde
Te laus Musarum non moritura manet.
Porro gnauus eris; magnamq; merebere famam,
Qualem Majores, vel Pater amplus habet.

Christianus Besenhal
Ulz. Lunab:

Altdorf, Diss., 1637-55


ULB Halle 3
004 327 330




f
Sb.

1017





unt.
im R
quod
mer
fa, u
nder
umer
nce
b. At
er sa
ncef
statue
Acac
c qu
3. th
dat j
Diff. S
qui
omni
n in
h. de
urisa
um
r. h
idian
è di
io, d



Disputatio politica

DISPUTATIO POLITICA,
DE

POLITIA,

Quam

DEO T.O.M. Auxiliante,

SUB PRESIDIO

DN. M. JOHANNIS PAULI *Selwinger*
Norimbergensis, Polit. Metaph. &
Log. P. P. Facultat. suæ hodiè
Decani,

Publicè

Defendere conabitur

CHRISTIANUS ADOLPHUS BALDUINUS,
DÖBELENSIS,

A. d. Septembr.

ANNO CHRISTI
1652.

ALTDORPHI

Charactere Georgij Hagen, Universi-
tatis Typographi.

No 192

1652

1

